


**AB**

136170

als OT <sup>el</sup> <sub>no</sub>  
wg  
Auszubildender





5

PARAPHRASIS

# PSALMO-

# RVM SEPTEM

# POENITENTIA-

lium, doctrinâ & exem-  
plis veræ Poenitentiaæ

& consolationis re-  
dundantium.

Christus Scopus Perennis Vitæ.



MAGDAEBVRGI

Prælo Rosciano, 1606.





AMPLISS: VI-  
RIS, VIRTUTE,  
DIGNITATE ET PRVDEN-  
tiâ præstantis: Dominis Consuli-  
bus & Senatoribus Reipub: Plavi-  
anæ Variscorum, Dominis &  
patronis suis officiosè  
colendis

HOC

Chartaceum munusculum,  
Exercitium poëticum,  
Studiorum testimonium,

*Debiti honoris,  
Summi amoris,  
Antiqui moris  
causa*

Dicat & offeret

CHRISTIANVS SCHVVA-  
bergerus Plauensis Variscus.

SEXTVS PSALMVS, SED

primus inter septem, qui poenitentiales vulgò appellantur.

Dicolos distrophos: 1. Versus Hexam:

2. Dactylicus tetrameter acatalecticis, quo genere Buchananus utitur 4. & III. Psalmo: & Horatius lib. I. Oda. 7.

Domine ne in furore &c.

**N**on me summe pater pro iustis ignibus ira  
Peccantem non corripe servum.

Peccavi fateor, sed tu miserere fatentis,  
Non me corripe iure furoris.

Sum miser, infirmus, mortalis, pauper & aeger,  
Sana: Corpus concutit horror.

Obstupuit mea mens, coit & formidine sanguis,  
Ossa tremor per dura cucurrit.

Quo Deus usq; velit tua dextera linquere servum  
Quin vultu clemente revertis,

Eripiens animam citò pro bonitate fidelis  
In tenebris quis te celebrabit?

Sum gemitu lassus, lacrymis lavo molle cubile,  
Morbo pallida corpora squalent:

Atq; iacet totum corpus sine viribus agrum  
Aegro sanguis corpore friget,

M 2

Vndiq;

*...nuncq; ajsrator, tribulor, contristor, agorq;  
Longè cedite turba maligna.*

*Me Deus ad se clamantē, auxiliūmq; precantē  
Mitis & exorabilis audit.*

*Confundet cunctos, subitus pudor obruet hostes,  
Ancipiti terrore pavescent.*



*Psalmus 32. Sed inter eos, qui poeni-  
tenciales usitatē appellantur secundus.*

*Beati quorum remissæ, &c.*

***O**ter felicem cuius scelerum atq; malorum  
Culpa sepulta iacet!*

*Omnis cui texit patris clementia summi.  
Spurca venena mali.*

*O felix iterum, cui non contagia culpa  
Imputat ulla DEVS!*

*Cuius in ore dolus nec fraus est ulla reperta.  
Calliditasq; mala.*

*Nunc ubi fæda miser commissa tacere volebam.  
Corpora languor habet*

*Tabificus, guttisq; humectō grandibus ora,  
Noctē dieq; manus*

*Nam tua me miserum linquens gravis usq; pre-  
(mebat,*

*Non vigor ullus erat.*

*(Cum velut aestus hiulcat agros) in corpore toto.*

*Ergo tibi fateor*

*Quo*



Quae commissa miser scelerata mente patravi,  
Abdere non cupio.

Dixi: Ego quae Domino feci delicta fatebor,  
Cuncta remissa statim.

Et iusto gentes te supplice voce rogabunt  
Tempore propterea.

Insurget quando stridens Aquilone procella  
Turba misella foret.

Sis mihi praesidium, clypeus, spes rebus in arctis  
Tutus ovare queam.

Erudiens, inquis, te ducam, recta docebo  
Luminibus proprijs.

Non mulis & equis similes mordacibus este,  
Qui ratione carent,

Qui trepidant oculis, mandent spumantia fre-  
Munera iusta ferant. (na ut

Impius ecce perit, patitur discrimina mille  
Tempore difficili.

O felix nimium verà qui fidere discit  
Simplicitate D E O!

Sed pius ille manet, cuius spes maxima solo  
Sola reposta D E O.

In Domino gaudete pijs, depromite plausu  
Iubila leta D E O.

Inq; eius laudes hymnum cantate suavem  
Nectareumq; melos.

Psalms 38. in numero, qui poenitentiales appellantur Tertius.

Domine ne infurore, &c.

**A** Heu me iuste pro iustis ignibus ira  
Corripi summe parens,  
Nam me premit manus tua,  
Heu mea crudivoris mens est transfixa sagittis,  
Territa membra minis,  
Atit nihil corpus bonum.  
Ossa, medulla, cutis, non est pars corporis ulla  
Firma, pavore tremat.  
Nefas potenter arguit!  
Me peccata premunt, pondus de corpore pendent.  
Heu mihi fœda grave,  
Superant caput tot millia!  
Præ sanie spurca cordis mea vulnera sordent,  
Nil placet atq; iuvat  
Præ mentis ignorantia,  
Pallidus incedo tristis, curvatus & aeger,  
Vix macer inde traho  
Lumbosq; membra languida.  
Heu premo afflictus, miser undiq; vexor agorq;  
Anxietate, malis  
Cor eiulat doloribus.

Stridula

Servaula tu nostri, quæ ad te suspiria iungo.

Triste cor atq; tremit,

Vires relinquunt corpora.

Tanquam oculis captus nil cerno, meq; sodales

Deseruere meis

Pulsi calamitatibus.

Insidias ponunt, fallacia retia tendunt

Perdere qui cupiunt

Animam meam clemens pater.

Sum veluti surdus, veluti sum mutus, & inde

Audio nilq; loquor,

Inane vocis os habens.

Te Dominum exspecto, tu me quia celitus audis.

Cetera curo nihil.

Cunctis licet sim fabula.

Quando pedes titubant, misero tum gaudet &

Turba maligna mihi (audet

Multis nocere machinis.

Ad mala sum natus, sceleris quoq; corde recordor,

Et miser hoc fateor,

Me cura culpa sauciat.

Delicijs vivunt, mala qui mihi multa precantur.

Divitijsq; valent,

Firmo potentijs robore.

Ingrati semper mihi ab omni parte resistunt.

Tu, quia recta sequor,

O me pater ne deseras.

Psalmus 4. pœnitentialis, 51.

Miserere mei Deus, &c.

*Sis mihi propitius,  
Culpa gravat me sarcina,  
Triste nefas extingue Deus, mea crimina dele,  
Pro bonitate tua.*

*Agnosco cuncta crimina;  
Abine perverso fœdas à pectore sordes,  
Me mala multa premunt,  
Tibiq; soli turpiter*

*Peccavi fateor scelerata piacula patravi.*

*Heu piget atq; pudet!*

*Nam de mea turpis mala  
Hausi conceptu genetricis semina labis.*

*Tu bonitatis amans*

*Candoris esq; simplicis;*

*O hominum cæcæ mentes & pectora cæca!*

*At tua me docuit*

*Divina iura dextera:*

*Mundus ut hyssopo fiam mea pectora munda.*

*Vt nive candidior*

*Fiam, fruaraq; gaudijs,*

*Ossaq; latentur, quæ sunt contrita pavore.*

*O mihi ne faciem*

*Aufer tuam, tollas nefas,*

*Cor sine labe mihi dones Deus optime mundum.*

*Arie*

*Me neq; proycias  
Sanctissimo à vultu tuo,  
Et gratam fer opem, ut latus mihi spiritus adsit.  
Nam revocabo, tui &  
Docebo verbi semitas  
Perversos, redeant ad te, sua crimina plorent.  
Cuncta remitte mihi  
Culpa patrata crimina,  
Ut mea lingua Deus semper tua iura celebret.  
Guttura pande mihi,  
Laudes tuas pronunciem:  
Quae sunt holocausta faco non respicis ulla.  
Victima sed Domini  
Contritus esto Spiritus,  
Cor quoq; contritum, quod tu non despicias unquã,  
Tecta sacra Sion  
Prisco favore respice,  
Et celebris Solyma sublimia mœnia firma.  
Victima Iusticia  
Tunc quae sacrâ fumat fide,  
Grata cadet tibi, tunc Tauri tibi victima fient.*



**Psalmus 102. Poenitentialium**

Quintus.

**Domine exaudi, &c.**

**A** Vdi pater clementiæ meas preces,  
Clamoris exorabilisq; percipe  
A 5 Sonum;

Sonum, vniuersi vultum tuum ne tubtrane  
Misero, tuas aures magis sed admove  
Et cordis exaudi celer suspiria.  
Prætervolant instar dies fumi meæ,  
Contabuerunt ossa ceu torris, simul  
Ut aret herba, sic dolore linquitur  
Famelicum cor, tum sapit, gustat nihil,  
Vixq; ossibus dolore præ nimio hæreo.  
In saltibus ceu cuculus atq; noctua  
Veffor, velut gemens avis sub arbore.  
Noctes dies vigilo, tremo, ludibrio  
Sumq; hostibus, malum mihi struentibus,  
Et fraude me perentibus nefariâ.  
Cinis mihi est panis, mihi sunt pocula  
Fletu remixta. Me gravis sequitur **DEVS**  
Tua ira: quem vix extulisti pauperem  
Humili è loco, mox sorte versâ deijcis.  
Dies fugacis instar umbræ transeunt,  
Velutq; fœnum corpus ægrum inaruit.  
Tu semper idem permanes, tua gloria  
Est sempiterna in seculorum secula.  
Exurge genitor, & Siona respice,  
Dum tempus est tuam probare gratiam.  
Servi tui lapidesq; sparsaq; rudera  
Templi videntes, extrui rursus petunt,  
Ut nomen inclarescat omnibus tuum  
Quotquot poli sub axe degunt gentibus.  
Tuamq; reges obstupescant gloriam,  
Quod celsa magnæ reficis urbis mœnia,

Nec

Nec deleeris Sion cultui tuo  
Emancipatum ex omnibus terris locum :  
Quod aure læta percipis tuæ preces  
Gentis, nec ejus vota durus respuis.  
Tradatur hoc queiscunq; scriptum posteris,  
Et sera laudes prædicet proles D E I.  
Namq; è corusco syderum prætorio  
Quoscunq; in orbis exerit vultum angulos :  
Ut mœsta captorum audiat suspiria,  
Mortisq; solvat alligatos vinculis,  
Ut in Sion domo sonent laudabile  
Laudesq; Solymâ concinant summas D E I  
In maximis regum & ducum conventibus.  
Tu deprimis vires meas, tu stamina  
Vitæ metis. Ne me D E V S mox subtrahe  
Dum viribus, dum floreo annis mollibus.  
Tua continenter usq; durant tempora.  
Opera tuæ, quæ sunt potentis dexteræ,  
Sunt ipsa fluxa : Sempiternus at tamen  
Tu gloriæ Rex es per omne seculum,  
Tandem interibunt trita sicut pallia,  
Atqui tenes tu secla metæ nescia,  
Natiq; longâ permanent propagine  
Felicibus tui servi successibus.



Psalmus 130. sextus Pœnitentialium

Anacæontico genere redditus.

De profundis clamavi, &c.

*Meroris*

**M**oeroris heu baratro  
Nunc obrutus, salutis  
Te te **DEVM** requiro:

Audi pater precantis  
Vocem, applica benignas  
Aures & ad querelas.  
Si teter es futurus  
Vindex nefas patratum  
Examinare strictè,  
Tunc non quis expavescet!  
Sed mitis ac abundans  
Es gratia salubris,  
Et sic ob id tremendus.  
Expecto spem salutis,  
& Mens a grate flagratq;  
Solatio verenda  
Tuae statuta Legis  
Firmissimo mihi sunt,  
Observat atq; pectus  
**DEVM** indies, opaca  
A nocte vesperam usq;  
Gens Israëlis unum  
In te locat suam spem  
Clementiae parentem,  
Fundamen ac salutis,  
Tandem ergo liberabis  
Illam **DEVS** benigne  
Ab omnibus periculis  
Ab omnibus malisq;

Psalms



Psalmi 143. Sed in ordine 7. & ul-  
timi. poenitentialium Tricolos.  
tetraastrophos.

Domine exaudi, &c.

**A**udi me alme pater rebus in asperis  
Ac aurem facilem da precibus meis  
Vera pro bonitate,  
Qua plerosq; iuvas, tua.  
Non intres famulo in iudicium tuo,  
Vivens nullus enim iustus erit, neq;  
Sævus desinit hostis  
Me mordere calumnijs.  
Prostratum premit ac in tenebras agit  
Quos mors dira velut continet in specu.  
Mens contrita dolore est.  
Fessum cor trepidat quoq;  
Aetatem reputo, te tua factaq;  
Præclaris celebros laudibus affatim,  
Te respectus anhelat,  
Palmas elevo supplices.  
Mens te non aliter quàm sterilis sitit  
Tellus: Et mihi tu tunc citò subveni.  
Spiro vix miser inde:  
Auferne faciem mihi.

Siccus

*Siccis mors properans faucibus imminet.  
Tu clementia fac, mi Pater optime*

*Fiat nota precanti,*

*In te spem bene colloco.*

*Tu me ritè viam, quâ gradiar doce*

*Nam te specto avidus presidium mihi*

*Et passim truculentis*

*Me totum eripe ab hostibus.*

*Ad te confugio, perficiam tibi*

*Iam fac ad placitum ac arbitrium simul*

*Quævis: Tramite recto*

*Et me dirige spiritu,*

*Pauper vexor, agor, discrutior quoq;*

*Et fessus quoniam me recreatum*

*Oblaudabile nomen,*

*Et commendo animam tibi.*

*O hostes, misero, perde nefarios*

*Iam turbare animam qui cupiunt, tuâ*

*Mira pro bonitate*

*Servum protege numine.*

**EVCHARISTIA ET  
VOTVM PRO BENEFI-  
cij Filij DEI Redemptoris  
nostri.**

**Christus**

**C**hristus Scopus Vitæ, Patriis  
**H**æreditatem maximi  
**R**eductit, ac adhuc pios  
**I**uvat, levat benigniter  
**S**uis studentes legibus.  
**T**um multa passus vulnera est  
**I**niqua pro mortalibus,  
**A**c dona lapsu perdita  
**N**obis nefando restulit,  
**V**t sic per illum cælica  
**S**it restituta glori.  
**S**ic inde nunc commercium  
**C**æli incolis nobis datur,  
**H**is ut per omne seculum  
**V**ivamus omnes jugiter,  
**V**itâ & fruamur cælicâ.  
**A**n non decet cognoscere  
**N**os tantâ toto pectore  
**B**enefacta? **CHRISTE** supplices  
**E**rgo tibi nunc gratias  
**R**eddamus omnes maximas  
**G**audente sanctorum Choro,  
**E**t tu pericla longius  
**R**epelle cuncta cœlitus,  
**V**t serviamus secula  
**S**oliti tibi per omnia.



Epigramm

EPIGRAMMA AD  
AUTOREM.

CHRISTVS. SCOPVS PE-  
RENNIS VITAE.

**Q**uin vita sit meta tua, quin regula Christus  
Cui dubiam faciant haec tua scripta fidem.  
Namque alij vanis studium quod inutile re-  
Impendunt, melius credis id esse sacris: (bus  
Conversosque doces ad Christum corde redire,  
Illumque afflictis poscere rebus opem.  
Perge animo tali propius te iungere caelo,  
Nec tibi mortales inter obibit honos.

David Hartmannus Glacensis  
Silesius F.













136770

AB 136 170

ULB Halle

3


007 397 186



SB

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



PARAPHRASIS  
PSALMO-  
RVM SEPTEM  
POENITENTIA-  
lium, doctrinâ & exem-  
plis veræ Pœnitentiæ  
& consolationis re-  
dundantium.

Christus Scopus Perennis Vitæ.



MAGDAEBVRGI  
Prælo Rossiæno, 1606.

5

